



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Arbores in genere.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

idque intuitu obedientiae Tobiae in illo fumo,
ut erat iussus excitando, & precum piarum ejus-
dem. Et sic etiam Diabolus signo externo hoc
vel illo posito commovet aerem, beneficio affi-
cit homines Vides interim in Tobia & Sara,
quam amabili providentiâ Deus percutiat &
fanet, & fideles exerceat, ut prosperitatis &
adversitatis continua sit quasi successio. Et quid
tu homo imperfecte ac peccator de ejusmodi
permutatione quereris? nunquid Christo Filio
Dei, à nativitate ejus usque ad mortem Cru-
cis, idem contigit?

Vermes.

PUtredini dixi: Pater meus es, & soror mea
vermis. Job. 7. Ego sum vermis & non
homo. Ps. 21. Christus ita pro nobis humilia-
tus: Vermis eorum non morietur, & ignis eo-
rum non extinguetur. Is. 66. Vermis conscientiae
& tormenta cruciabunt damnatos in æternum.

*§. 4ius.**Animata Vegetativa.**Arbores in genere.*

Arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ
autem, eradicator. Ep. Ind. 12, bis mortuæ,
primo dum arescunt, secundo dum eradicantur. In
autumno prius incipiunt folia protrudere, quæ
hyemali frigore mox absuntur. Symbolum
sunt hominis in senectute, in morte volentis se

ad

400 *Pars secunda de elevatione*
ad Deum convertere ; sed non conversione ge-
nuinâ , licet aliqua devotionis ac pœnitentiae
signa det. Qualis divina providentia ? ut
unde mors oriebatur , inde vita resurgeret ; Et qui
in ligno vincebat (in Paradiso) in ligno quoque
vinceretur. In monte Calvatiæ. Cum aqua de-
leret terram , sanavit sapientia per contemptibile
lignum justum gubernans. Sap. 10. Scilicet Noe-
mum per arcain. Hæc arca typus erat Crucis
Christi. Si ceciderit lignum ad austrum , aut ad
aquitonem , in quocunque loco ceciderit , ibiterit.
Eccl. 11. Hoc malè applicant Calvinistæ erro-
neis suis de prædestinatione principiis. Arbor
ad partem illam cadit ; ad quam , antequam ca-
deretur , inclinavit. Et talis est communiter
mors hominis bona vel mala , ad quam , per vit-
tutem vel vitia , vivens inclinavit. Qualis vita ,
finis ita. Hinc mature ad bonam partem , eti-
am cum violentia , te debes inflectere. Nepra-
vus habitus magis magisque radicatus te durio-
rem erga obsequium Deo debitum reddat. De-
que eo in agone ingemiscens dicas : *Quasi avul-
sa arbori abstulit spem meam* Job. 10. Hoc ex-
peritur in agone , vitiis carnalibus , mortali o-
dio , avaritiae deditus , & qui bona aliena debe-
ret reddere ; sed ob confusionem sui , aut pau-
periem suorum inde proventuram ad id non
vult se resolvere. *Securis ad radicem arborum*
posita est. Omnis ergo arbor , que non faciet fru-
ctum bonum , excideatur , Et in ignem mittetur.
Math. 3. Unaqueque arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis coligunt siccus , neque de

derubo vindemiant uvam. Bonus homo de bono
thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo
de malo thesauro profert malum. Luc. 6. Omnis
plantatio, quam non plantavit pater meus celestis,
eradicabitur. Matth. 15. Sic omnia ab Hypo-
critis inchoata in speciem bona non diu durant.

*Arbores in specie.**Ligna Pomifera.*

ERunt fructus ejus [ligni pomiferi] in ci-
bum & folia ejus ad medicinam. Ezech. 42.
Ecce benevolam Dei providentiam. Sed major
Dei bonitas eluxit in plantato in Paradiso ligno
vitæ. Gen. 3. Cujus fructus vel semel degusta-
tus vitam hominis ad plures centenos annos
prorogasset vi naturali sibi à Deo insitâ, & sub-
inde repetitus prorogasset etiam in ævum; quo-
ad nempè Deo placuisset hominem sine morte
in cælum transferre. Nec solùm reddidisset ho-
minem longævum, sed insuper sanum, robu-
stum, à morbis, languore, tristitia ac melanco-
lia immunem. Habebat enim vim non tantum
nutritivam, sed & medicam præ omnibus phar-
macis, qua & substantia corporis, & vires nu-
tritivæ, & calor naturalis integrè restauratus
fuisse. Et hæc arbor in medio paradisi sita, in-
ter omnes alias magis speciosa allegoricè signicat
Christum, tropologicè sapientiam. Qualis au-
tem speciei fuerit, divinatur, saltem reduci
poterit ad genus ligni pomigeri. Altera arbor
vocata